2680. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: RATIO EST IN NATURA
Vorläufige Datierung: nach September 1698

Überlieferung:
L Konzept: LH IV 8, Bl. 100–101. 1 Bog. 4°. 4 S.
E[1] GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 7, 1890, S. 289–291.
E[2] COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 533–535.
Weiterer Druck:
M. HEIDEGGER, *Nietzsche*, Stuttgart 1961, Bd 2, S. 454–457 (nach *E*[1] u. *E*[2]).
Übersetzungen:
1. MATHIEU, *Saggi*, 1963, S. 85–87. – 2. OLASO, *Escritos*, 1982, S. 501–503; 2. Ausg. 2003, S. 572–575. – 3. K. SAKAI, in *Kousakusha, Jap. ed.* Bd 8, Tokio 1990, S. 45–62. – 4. A. ANDREU, *Methodus vitae (Escritos de Leibniz)*, Bd 1, Valencia 1999, S. 164–166. – 5. NICOLÁS, *Obras de Leibniz*, Bd 2, 2010, S. 301–303. – 6. H. BUSCHE, *Die letzte Warum-Frage. Ihre zweifache Gestalt und ihre Beantwortung bei Leibniz*, in D. SCHUBBE u. a., *Warum ist überhaupt etwas und nicht vielmehr nichts? Wandel und Variationen einer Frage*, Hamburg 2013, S. 133–135 (Teilübers. von § 1–14 nach *E*[1]).

bearbeitet von Henrik Wels

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Unser Stück steht in engem inhaltlichen Zusammenhang mit VI, 4 N. 314 »De ratione cur haec existant potius quam alia«, da Leibniz wohl nur in diesen beiden Stücken auf den von ihm gebildeten Neologismus »existiturire« bzw. »existiturientia« zurückgreift. In beiden Stücken verbessert er das Verb »existiturire« aus dem vorschnell gebildeten, jedoch weniger präzisem »existurire«. Während es sich in unserem Stück um eine Sofortkorrektur während der Niederschrift handelt, erfolgt die Korrektur in N. 314 zeitlich versetzt, wenn auch, dem Schriftduktus nach zu urteilen, in zeitlich sehr geringem Abstand. Aufgrund der Selbstreferenz von Leibniz, er habe bereits anderswo bewiesen (»alibi demonstravi«), daß, wäre die Materie nicht durch Formen unterschieden, es keine verschiedenen Phänomene gäbe, womit Leibniz auf den 13. Abschnitt seiner in den *Acta Eruditorum* im September 1698 erschienenen Abhandlung *De ipsa natura sive de vi insita actionibusque Creaturarum, pro Dynamicis suis confirmandis illustrandisque* rekurriert, läßt sich die Entstehung unseres Stückes mit größter Wahrscheinlichkeit auf die Zeit nach September 1698 datieren. »Aufgrund der besonderen Problemstellung und spät wirkenden Diktion« des Stückes N. 314, schien bereits für dieses Stück eine spätere Datierung, »d. h. nach 1690 oder sogar nach 1700« (vgl. VI, 4 N. 314, S. 1634) nicht ausgeschlossen.

[Thematische Stichworte:] —

[Einleitung:] —

(1) Ratio est in Natura, cur aliquid potius existat quam nihil. Id consequens est magni illius principii quod nihil fiat sine ratione; quemadmodum etiam cur hoc potius existat quam aliud rationem esse oportet.

(2) Ea ratio debet esse in aliquo Ente Reali, seu causa. Nihil aliud enim causa est, quam realis ratio; neque veritates possibilitatum, et necessitatum (seu negatarum in opposito possibilitatum) aliquid efficerent, nisi possibilitates fundarentur in re actu existente.

(3) Hoc autem Ens oportet necessarium esse, alioqui causa rursus extra ipsum quaerenda esset cur ipsum existat potius quam non existat, contra Hypothesin. Est scilicet Ens illud, ultima ratio Rerum, et uno vocabulo solet appellari Deus.

(4) Est ergo causa cur Existentia praevaleat non-Existentiae, seu Ens necessarium est Existentificans.

(5) Sed quae causa facit ut aliquid existat, seu ut possibilitas exigat existentiam; facit etiam ut omne possibile habeat conatum ad Existentiam; cum ratio restrictionis ad certa possibilia in universali reperiri non possit.

(6) Itaque dici potest Omne possibile Existiturire, prout scilicet fundatur in Ente necessario actu existente, sine quo nulla est via qua possibile perveniret ad actum.

(7) Verum hinc non sequitur omnia possibilia existere: sequeretur sane si omnia possibilia essent compossibilia.

(8) Sed quia alia aliis incompatibilia sunt, sequitur quaedam possibilia non pervenire ad existendum. Suntque alia aliis incompatibilia, non tantum respectu ejusdem temporis, sed et in universum, quia in praesentibus futura involvuntur.

(9) Interim ex conflictu omnium possibilium existentiam exigentium hoc saltem sequitur, ut Existat ea rerum Series, per quam plurimum existit; seu Series omnium possibilium maxima.

(10) Haec etiam Series sola est determinata, ut ex lineis recta, ex angulis rectus, ex figuris maxime capax, nempe circulus vel sphaera. Et uti videmus liquida sponte naturae colligi in guttas sphaericas, ita in natura universi series maxime capax existit.

(11) Existit ergo perfectissimum, cum nihil aliud perfectio sit, quam quantitas realitatis.

2 f. ; quemadmodum ... oportet *erg. L* 6 re *erg. L* 8 ipsum *erg. L* 8 f. Est scilicet | Ens illud, *erg.* | ... Deus *erg. L* 12 seu (*1*) ut (*2*) possibilitas est (*3*) ut *L* 12 existentiam; (*1*) facia (*2*) facit *L* 13 possibile | (prout fundatur in Ente necessario actu existente) *gestr.* | habeat *L* 15 Itaque (*1*) dicen (*2*) dici *L* 15 possibile (*1*) existurire (*2*) Existiturire *L* 15 Existiturire (*1*) quate (*2*) prout *L* 19 (8) (*1*) Quin potius quia alia aliis compatibilia (*2*) Sed ... incompatibilia *L* 19 sequitur | potius *erg. u. gestr.* | quaedam *L* 22 (9) (*1*) Sequitur vero (*2*) vero | (*3*) Interim *ers.* | *L* 25 f. sphaera. (*1*) Uti vide (*2*) Et uti videmus (*a*) corpora sponte naturae colligi in sphaeras (*b*) liquida ... sphaericas *L* 26 universi *erg. L* 27 (11) (*1*) Sequitu (*2*) Porro (*3*) Existit *L* 27 perfectissimum, (*1*) nihil aliud enim perfectio est, (*2*) cum ... sit, *L*

(12) Porro perfectio non in sola materia collocanda est, seu in replente tempus et spatium, cujus quocunque modo eadem fuisset quantitas, sed in forma seu varietate.

(13) Unde jam consequitur materiam non ubique sibi similem esse, sed per formas reddi dissimilarem, alioqui non tantum obtineretur varietatis quantum posset. Ut taceam quod alibi demonstravi, nulla alioqui diversa phaenomena esse extitura.

(14) Sequitur etiam eam praevaluisse seriem, per quam plurimum oriretur distinctae cogitabilitatis.

(15) Porro distincta cogitabilitas dat ordinem rei et pulchritudinem cogitanti. Est enim ordo nihil aliud quam relatio plurium distinctiva. Et confusio est, cum plura quidem adsunt, sed non est ratio quodvis a quovis distinguendi.

(16) Hinc tolluntur atomi, et in universum corpora in quibus nulla est ratio quamvis partem distinguendi a quavis.

(17) Sequiturque in universum, Mundum esse Κόσμον, plenum ornatus; seu ita factum ut maxime satisfaciat intelligenti.

(18) Voluptas enim intelligentis nihil aliud est quam perceptio pulchritudinis, ordinis, perfectionis. Et omnis dolor continet aliquid inordinati sed respective ad percipientem, cum absolute omnia sint ordinata.

(19) Itaque cum nobis aliqua displicent in serie rerum, id oritur ex defectu intellectionis. Neque enim possibile est, ut omnis Mens omnia distincte intelligat; et partes tantum alias prae aliis observantibus, non potest apparere Harmonia in toto.

(20) Ex his consequens est in Universo etiam justitiam observari, cum Justitia nihil aliud sit, quam ordo seu perfectio circa Mentes.

(21) Et Mentium maxima habetur ratio, quia per ipsas quam maxima varietas in quam minimo spatio obtinetur.

(22) Et dici potest Mentes esse primarias Mundi unitates, proximaque simulacra entis primi, quia distincte percipiunt necessarias veritates, id est rationes quae movere Ens primum et universum formare debuerunt.

3 formas (*1*) habere (*2*) reddi *L* 8 cogitabilitas (*1*) respectu cogitantis dat ord (*2*) in re (*3*) dat *L* 8 pulchritudinem (*1*) in cogitante (*2*) cogitanti *L* 9 distinctiva (*1*) , et (*2*) . Et *L* 11 Hinc (*1*) sequitur porro, Mundum ita factum esse, ut maxime (*2*) tolluntur *L* 11 atomi, (*1*) seu corpora in quibus null (*2*) et *L* 16 inordinati (*1*) respectivi (*2*) sed *L* 16 ad percipientem *erg. L* 19 ut (*1*) quaevis men (*2*) omnis *L* 22 seu perfectio *erg. L* 23 maxima (*1*) habeatur (*2*) habetur *L* 26f. quia (*1*) causas distincte percipiunt, | quae *versehentlich nicht gestr.* | (*a*) Ens primum ac tota (*b*) movere Ens primum, et universum formare (*aa*) potu (*bb*) debuerunt, quae rationes sunt necessariae veritates. (*2*) rationes (*3*) distincte … debuerunt *L*

5 demonstravi: vgl. Leibniz, *De ipsa natura sive de vi insita actionibusque Creaturarum, pro Dynamicis suis confirmandis illustrandisque*, in *Acta Eruditorum*, September 1698, S. 427–440, cap. 13 (S. 436–438).

(23) Prima etiam causa summae est Bonitatis, nam dum quantum plurimum perfectionis producit in rebus, simul etiam quantum plurimum voluptatis mentibus largitur, cum voluptas consistat in perceptione [perfectionis].

(24) Usque adeo, ut mala ipsa serviant ad majus bonum, et quod dolores reperiuntur in Mentibus, necesse sit proficere ad majores voluptates.

1 plurimum (*1*) |⟨sibi⟩ *erg. u. gestr.*| potest (*2*) perfectionis *L* 2 largitur, (*1*) id est (*2*) cum *L* 3 perceptionis *L ändert Hrsg.* 4 ut (*1*) quod dolores reperiuntur, (*2*) mala *L*

3 in perceptione [perfectionis]: Zwar findet sich auch die Formulierung »perceptio perceptionis« mehrfach bei Leibniz, doch wird diese stets im Sinne von »reflexio« bzw. »memoria« gebraucht. Die »voluptas« hingegen wird häufiger als »in perceptione perfectionis« beständig angesehen, was unserem Zusammenhang entspricht, insofern handelt es sich an dieser Stelle um einen Flüchtigkeitsfehler von Leibniz.